UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

Jncipit liber quartus: a pascha resurrectionis domini vsq[ue] ad penthecosten. De resurrectione d[omin]i nostri iesu christi. Cap[itulum]. i.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Incipit liber quartus: a paſcha reſurrectionis domini vſq; ad penthecoſten.

¶ De reſurrectione dñi noſtri ieſu chriſti. Cap. i.

Reſurrectio domini noſtri ieſu xpi tertio die a paſſione ipſius facta eſt: eo videlicz die ad litteraz quo hic ponitur: ſcilz vi. kalē. aprilis. Circa quam reſurrectionē quattuor cōſiderare debemus: ſcz factū miraculoſuz: tempus gratioſum: modū glorioſum: ⁊ finē fructuoſum atq; ꝑcioſum. Primo cōſiderare debemus factū miraculoſuz. nā omnē naturalē curſum excedit: quia ſm philoſophū. Quod ſemel corruptū ē ſm ſui formā ſpecificā: īpoſſibile eſt idem numero reparari. Tamē aliq̄bus rōnibus ꝓbabilibus poteſt ꝓbari xpm reſurrexiſſe: ⁊ per naturā: ⁊ per figurā: ⁊ ꝑ ſcripturam. Primo per naturā phenicis. nam phenix que eſt ſola in mūdo ſue ſpeciei: poſtq̄ per annos. ccc. vixerit: vt dicūt naturales: mōtem excelſum aſcendit: ⁊ de lignis pluribus aridis nidum ſibi facit. In quem intrās alas aperit: ⁊ verſus ſolem aerē pulſat: ⁊ pulſando ignem excitat: quia cum regio illa que eſt prope equinoctialē ſit calidiſſima ex ſolis inflāmatione ⁊ aeris percuſſione faciliter ignis accenditur: ſicq; phenix in nido comburitur: cuius corpus combuſtū ſolis radius nutrit: et ex eo poſt dies aliquot nouā phenicem ꝓduxit: ſic quodāmodo chriſtus phenix eſt ſolus in mūdo ſine ſemine humano conceptus: qui carnem antiquatam ꝓpter ade peccatū ad ſublimia caluarie mōtis adduxit: ⁊ ibi nidum ſibi crucis elegit: que de quattuor lignis fuit: quam aſcendens alas. i. brachia extendit: igneq; charitatis vltra modū accēſus carnem paſſione vſq; ad ſpiritus emiſſionē combuſſit: ſed eterni ſolis diuinitas ipſum corpus in ſepulchro refouit: ac ex reſurrectione glorificatū in nouum hominem excitauit. Leo etiam dicitur naſci mortuus qui ad patris vocem rugientis poſt triduum excitatur. Sic ⁊ chriſtus qui eſt ille leo: de quo Apocalypſis. v. Ecce vicit leo de tribu iuda ⁊c. Poſt triduum mortis ſue paterna voce ipſum excitante ſuſcitatur. ¶ Secūdo per figuram. Nam vt habetur tertio Regum. c. xvij. Helias filium ſareptane vidue ſuper eius lectulum poſitum a mortuis ſuſcitauit. Helias autem qui interpretatur deus meus ſignificat deum patrem: qui filium ſuum in cruce mortuum in ſepulchri lectulo collocatum a mortuis excitauit. Hic eſt filius marie ſm carnem que ꝓpter ei⁹ paſſionē viduata fuit: vel filius ſynagoge: que ipſum mortuum ſemper exiſtimans ſemper in viduitate manet. ¶ Tertio per ſcripturā. prime Corinth. xv. cap. Tradidi vobis in primis: quod ⁊ accepi: q̄ xps mortuus eſt: ⁊ quia reſurrexit tertia die ſm ſcripturas. Et in ſymbolo patrum

additur: ꝙ reſurrexit tertia die ſm ſcripturas.
Licet enī de ceteris articulis hūanitatis ſcri-
pture loquantur: tamē in hoc additur ſm ſcri-
pturas: quia hic articulus eſt difficilior ad pro-
bandum ⁊ magis dubius ad credendum: vt qr
ſcripture credere debem⁹: merito reſurrectio
nem ꝗuis improbabilem credamus. ¶ Secū-
do conſiderare debemus tēpus gratioſum. Et
hic tria ſunt vitanda: ſcꝫ quare xp̄s die tertio ⁊
non ante reſurgere voluit: quare cum alijs in vl
tima reſurrectione reſurgere non expectauit: ⁊
⁊ qua hora reſurrexit. Circa primū ſciendū eſt
ꝙ non fuit conueniens: vt ante diem tertium re
ſurgeret: triplici ratione. ¶ Primo ꝓpter mor-
tis ſue probationem: ſicut enim in tribus teſti-
bus ſtat omne verbū: ita in tribus diebus expe
ritur omne factum. Et vt mortuū ſe perfectiſ-
ſime comprobaret vſqꝫ ad diem tertium iacere
voluit in ſepulchro. Nam ſi ante reſurrexiſſet:
potuiſſet opponi: ꝙ vere mortuus non fuiſſet:
cum homo vſqꝫ ad. xxxvi. horas poſſit ex aliqua
anguſtia quaſi mortuus detineri: vt phiſici di-
cunt. Ideoqꝫ. xl. horis mortu⁹ ſtetit. ¶ Secun
do propter ſue poteſtatis oſtenſionem: quia ſi
ſtatim reſurrexiſſet: non videretur habere po-
teſtatem ponendi animam ſuam ⁊ iterum ſumē
di eam. ¶ Tertio propter noſtre mortis ſignifi
cationem: vt per hoc oſtendatur ꝙ lux ſue mor
tis curauit noſtram duplicem mortem: ⁊ ideo
vna die integra ⁊ duabus noctibus iacuit in ſe
pulchro. Nam vna dies ſignificat eius ſimplicē
mortem: due noctes noſtram duplicē mortem.
¶ Circa ſecundum dicendum ꝙ triplici ratio-
ne nō expectauit cum alijs reſurgere in nouiſ-
ſimo die. ¶ Primo propter corporis dignitatē:
quia non erat decens: vt corpus deitati vnitum
cum ceteris puluereſceret. p̄s. Non dabis ſan-
ctum tuum videre corruptionem. ¶ Secundo
propter fidei firmitatem: ſi enim non ſurrexiſ-
ſet fides periſſet: nec aliquis ipſum verū deū
crediſſet: prime Corinth. xv. Si xp̄s nō ſur-
rexit inanis eſt fides noſtra. Tertio propter no
ſtre reſurrectionis exemplaritatem. Nā ſi chri
ſtus reſurrexit ⁊ nos reſurgemus: vt dicit apo-
ſtolus: quia eius reſurrectio eſt cauſa exempla
ris noſtre. vnde Gregorius. Habemus ſpem re
ſurrectionis noſtre conſiderata gloria capitis
noſtri. ¶ Circa tertium ſciendum ꝙ de hora re
ſurrectionis doctores diuerſa ſenſerunt. Hie-
ronymus ⁊ quidā alij tenent ꝙ ſurrexit in me-
dia nocte: adducentes illud in figura iudicum
xvi. Dormiuit ſampſon vſqꝫ ad noctē mediam.
Sed ſi hec opinio vera eſſet: xp̄s ſolum xxxiiij.
horas mortuus extitiſſet. Auguſtinus ꝓo ⁊ qui
dam alij tenent: ꝙ ſummo diluculo ſurrexit: vt
ſic. xl. horis mortuus fuerit: ⁊ adducunt pro au
ctoritate illud. p̄s. Exurge gloria mea exurgam
diluculo. ¶ Tertio habemus conſiderare mo-
dum glorioſum. Circa quod ſciendum ꝙ xp̄us
reſurrexit. ¶ Primo potenter: qr propria virtu
te. Johannis. x. Poteſtatem habeo ponendi
animam ⁊ iterū ſumendi eam. ¶ Secundo fe-
liciter: quia depoſita omni miſeria. Habuit enī
dotes. iiij. que corporibus noſtris glorifican-
dis in fine debentur que ſunt oppoſita corpori
noſtro morituro. Corpus enim noſtrū nunc eſt
paſſibile: obſcurū: groſſum: ⁊ pōderoſum. Tūc
aūt erit impaſſibile: quia mors vltra nō erit: ne
qꝫ luctus: neqꝫ clamor: neqꝫ vllus dolor. Et xp̄s
reſurgens a mortuis iam non morit. Roma. vi.
Item erit luminoſum: quia fulgebūt iuſti ſicut
ſol in regno patris eorum. Et xp̄s reſurgēs ha
buit in corpore eandē claritatem quam habuit
transfiguratus in monte quādo reſplenduit fa
cies eius ſicut ſol. Item erit ſubtiliſſimū in cu-
ius figura corpus xp̄i clauſis ianuis ad diſci-
pulos intrauit: ſicut ſolis radius ex ſubtilita-
te penetrat corpus perlucidum. Item erit agil
limum: qr aſſument pēnas: vt aquile volabunt:
⁊ non deficient. Eſa. xl. ¶ Tertio ſurrexit mira
biliter: qr clauſo ſepulchro exiuit ſicut alias clau
ſo vtero matris ꝓceſſit. Legit ꝙ anno dn̄i. M.
cxi. cuidā monacho ſancti laurentij extra mu-
ros vrbis mirāti de cingulo ſuo inſoluto ⁊ ante
illū ꝓiecto vox in aere facta eſt. Sic potuit xp̄s
clauſo ꝓdire ſepulchro. ¶ Quarto ſurrexit vti
liter: qr capta preda. Hier. iiij. aſcēdit leo de cu
bili ſuo ⁊ predo gentiū ſe leuauit. ¶ Quinto ſo
cialiter: quia cum pluribus reſurrexit. Nā mul-
torum corpora ſanctorum ſurrexerūt cū eo. ⁊c.
vt habet Matth. xxvi. In q̄bus vt plurimi do-
ctores opinantur perfecta reſurrectio comple
ta eſt. Et hoc probat. ¶ Primo quia ad hoc cū
domino ſurrexerunt vt fidem reſurrectionis ei⁹
per ſimile confirmarent. Et ideo apparuerunt
multis. Hanc aūt fidem confirmare nō poſſent
ſi iterum morituri fuiſſent: ⁊ in ipſis ꝑfecta re-
ſurrectio completa non eſſet. Item probat per
auctoritatē petri de dauid: quem petrus die pē
thecoſtes in teſtē xp̄i allegando ꝓduxit dicens
de eo. Et ſepulchrum inquit eius apud nos eſt.
Actuū. ij. Non enī petrus auſus eſt dicere cor-
pus dauid ibidē eſſe. Et ſepulchrum eo ꝙ per
ſpiritū ſibi infuſum iam ipſum nouerat ꝑfecta
reſurrectione cum domino ſurrexiſſe. Item ꝓ-
bat ꝑ euidentiā. Nam iacob in egypto moriēs
ſe ad hebron in ſepulchro patrū ſepeliendū mā
dauit. Joſeph filios adiurauit: vt quādo deus
eos viſitaret ⁊ de egypto educeret oſſa eius ad
paternum tumulū transportarent. Cura enim
fuit iſtis ſanctis: vt dicit comeſtor ſepeliri in lo
co illo vbi deo reuelante xp̄m ſepeliendum no-
uerant: vt cū eodē reſurgente communē reſur-
rectionē accelerent: quod non eſſet ſi veram re
ſurrectionem ſe non obtenturos preſciuiſſent.
¶ Item probat per textum euangelicum: quia
dicit ꝙ ſancti qui cum domino ſurrexerūt vene
runt in ſanctam ciuitatē: ⁊ apparuerūt multis.

Nam hoc verbum apparere non cõpetit niſi cor
pori glorificato: quod propter eius dotes pre-
miſſas in momento videtur: ⁊ ſubito non vide-
tur. Nuſꝗ̄ enim dicit̄ de lazaro ꝙ apparuerit:
quia perfecta reſurrectione non fuerat ſuſcita
tus: ſed iterum moriturus. ¶ Sexto ſurrexit
veraciter: tripliciter aũt ſe vere reſurrexiſſe cõ
probauit. ¶ Primo ꝑ angelicam atteſtationẽ.
Angelus enim qui non mentitur eiuſdem reſur
rectionem nunciauit. Et non ſolum vnus ange-
lus tribus marijs: ſed etiam duo angeli magda
lene vt euangeliſte teſtantur: quia in ore duorũ
vel trium teſtium ſtat omne verbũ. ¶ Secundo
per omnium ſenſuũ cõprobationẽ. ¶ Proba-
uit enim ſe vere ſurrexiſſe per ſenſum viſus: q̄
cicatrices oſtendit: ⁊ ꝑ hoc ſe ſurrexiſſe vere de
monſtrauit in eodem corpore quo paſſus fuit.
¶ Per ſenſum auditus: quia aperuit illis ſen-
ſum vt intelligerent ſcripturas. ¶ Per ſenſum
olfactus: q̄ inſufflauit in eos ⁊ dixit. Accipite
ſpm̄ſanctũ ⁊c. vbi dicit gloſa interli. ꝙ xp̄s ha-
buit anhelitũ refragrantem: cuiꝰ odorẽ apoſto
li ſentientes ip̄m vere ſurrexiſſe cognouerunt.
Per ſenſum guſtus: quia cum comediſſet corã
eis ſumens reliquias dedit eis. Et in die aſcẽ-
ſionis cõueſcens precepit eis ab hieroſolymis
ne diſcederent. ¶ Per ſenſum tactus: quia tho
mas cicatrices tetigit: ⁊ in fixuras clauorũ di-
gitum ⁊ in aperturam lãcee manũ miſit. ¶ Ter
tio per frequentem apparitionem. Nam die ipo
reſurrectionis. v. vicibus apparuit: ⁊ alijs die-
bus ſequentibus alijs. v. ¶ Primo enim appa-
ruit marie magdalene: Johãnis. xx. ⁊ Marci
vltimo. Secundo tribus marijs a monumento
redeuntibus: dicẽs eis. auete. Matth. vltimo.
¶ Tertio apparuit ſymoni: ſed vbi vel quando
neſcitur. Dicit tamen Damaſcenus: ꝙ cum pe-
trus a monumento rediſſet ad foueã ſuam re-
dijt: vt peccatum ſuũ defleret. Tũcq; ſibi domi-
nus apparuit ⁊ ſe ſurrexiſſe declarauit: ac pec-
catum ſuum ſibi dimiſſum nunciauit: luce tamẽ
cap. xxiiij. habetur: ꝙ ſurrexit dominus vere et
apparuit ſymoni. ¶ Quarto apparuit duobus
diſcipulis euntibꝰ in emaus. Luc. vlti. ¶ Qui-
to. x. diſcipulis in cenaculo cõgregatis thoma
abſente. Johã. xxi. Hec. v. apparitiones ipſa die
reſurrectionis facte ſunt: ⁊ has repreſentat ſa-
cerdos in miſſa quinquies: ſe ad populum con
uertens. ¶ Sexto apparuit. xi. diſcipulis octa
ua die congregatis ⁊ thoma preſente: qui tunc
ipſum tetigit ⁊ cicatrices palpauit. Johã. xx.
¶ Septimo apparuit diſcipulis. vij. ad mare
galilee piſcãtibus. Johã. vlti. ¶ Octauo appa
ruit. xi. diſcipulis in thabor mõte galilee Mat
thei vlti. ¶ Nono diſcipulis recumbentibus in
cenaculo die aſcenſionis vbi eorũ incredulita-
tem exprobrauit et cum eis comedit. Matth.
vlti. ⁊ Actuum. i. ¶ Decimo ⁊ vltimo apparuit
eiſdẽ ipſa die in mõte oliueti; vnde ab eis in ce-
lum aſcẽdit. Actuũ primo. Hec. x. apparitiones
ab euãgeliſtis expreſſe ponunt̄. ¶ Sunt ⁊ alie
tres que in ipſa die reſurrectionis facte dicun-
tur. ¶ Prima quando apparuit iacob iuſto: de
qua in eius paſſione dicetur kalen. maij. ¶ Se
cunda quando apparuit Joſeph ab arimathia
de qua infra proxima legenda. ¶ Tertia ante
omnes iſtas ⁊ alias quaſcunq; ipſa hora qua re
ſurrexit virgini glorioſe apparuit: licz hoc euã
geliſte ſubticeant. Hoc em̄ non ſolũ ambroſius
lib. de virginibus teſtat̄ dicẽs: vidit maria ma-
ter domini reſurrectionem eius: ⁊ prima vidit ⁊
credidit: ſed etiã eccleſia romona hoc approba
re videtur: que ipſa die apud ſanctam mariam
maiorem celebrat ſtationem. ¶ Quarto habe-
mus conſiderare reſurrectiõis effectũ fructuo
ſum: qui reuera quadruplex eſt. Eſt em̄ reſur-
rectio xp̄i: operãs iuſtificationes peccatorum:
docens nouitatem morum: generans ſpem de
receptione remunerãdorum: ⁊ creans reſurre-
ctionem omnium mortuorũ. ¶ De primo roma.
iiij. Traditus eſt ꝓpter delicta noſtra: et reſur-
rexit propter iuſtificationem noſtram. ¶ De ſe
cundo roma. v. Quo modo xp̄s ſurrexit a mor-
tuis per gloriã patris: ita ⁊ nos in nouitate vi-
te ambulemus. ¶ De tertio prime petri. ij. Pro
pter magnam miſericordiã ſuam regenerauit
nos in ſpẽ vitã ꝑ reſurrectionẽ ieſu xp̄i ex mor-
tuis. ¶ De quarto. i. Corinth. xv. Xp̄s reſurre
xit a mortuis primitie dormientiũ: q̄m quidẽ ꝑ
hoiem mors ⁊ ꝑ hoiem reſurrectio mortuoꝝ.

¶ De ſancto Joſeph ab arimathia. Cap. ij.

IOſeph ab arimathia ſiue rama-
tha ciuitate iudee nobilis de-
curio occultus xp̄i diſcipulus
fuit: qui corpus eius defuncti
a pilato petijt: ⁊ cũ aromatibꝰ
in ſindone munda in ſuo ꝓprio
monumẽto exciſo de petra qḋ ip̄e ſibi pauerat:
ſepeliuit. In q̄ nōdũ q̄ſꝗ̄ poſitꝰ fuerat: ne for-
te ſi xp̄s reſurgeret alr̄ ibidẽ alias tumulatꝰ cre
deret̄. Qua ꝓpter indignati iudei ip̄m ceperũt
⁊ in q̄dã cubiculo clauſo ⁊ ſigillato recluſerũt:
poſt ſabbatũ occidere cogitãtes. Et ecce ieſus
die reſurrectiõis ad eũ intrauit: ⁊ faciẽ eiꝰ a la-
chrymis extersit ⁊ oſculũ dedit: ac ſuſpẽſa do-
mo a. iiij. angelis in aerea: inde xp̄m saluis ſigil
lis eduxit: ⁊ in arimathia in domo ꝓpria collo-
cauit. Hec in euangelio nicodemi. Cũ aũt Jo-
ſeph poſt aſcenſionẽ dñi a diſcipulis baptizatꝰ
fuiſſet: ⁊ xp̄m cũ eis p̄dicaret: a iudeis iterum
captꝰ: ⁊ in quodã muro incluſus eſt: vt ibi in fa
me ⁊ tenebris interiret. Cum ꝟo hieruſalẽ a ti-
to imperatore capta ⁊ deſtructa eſſet: videns
ip̄m murũ titus eum aperiri fecit: ⁊ ioſeph ve-
nerãda canicie ⁊ aſpectu glorioſo introcluſum
inuenit: ⁊ q̄s eſſet aut cuius rei cã ibi incluſus
fuiſſet: ab eo audiuit; addiditq; ꝙ a die qua in-